

ob id distributionum ratio de (f. 123r) omnibus capituli redditibus eo modo instituenda est, quem Tridentini Patres constituerunt; curabis praeterea ne missa conventualis pro benefactoribus in genere quotidie habenda negligatur: haud enim te latet nullam ab hoc onere dispensationem dari, licet missae conventualis quotidie cum cantu celebrandi Apostolica Sedes ubi reddituum tenuitas id suadeat, applicationem quandoque reducere ad solos dies festos petentibus non abnuat.

Merito animum tuum excruciant fraudes quibus patrimonia circumducuntur iis clericis constituta qui ad maiores ordines promovendi sunt iuxta decretum Innocentii III. cap. *Cum secundum* – De Prsbyteris et dignitatibus. Quid populi frequentia postulet, cui idonea presbyterorum deest copia, ipse prudens sapiensque videris; ad fraudes vero reprimendas modum tenebis a sacris canonibus atque a Tridentino concilio constitutum.

Haec habui, quae Eminentissimorum Patrum nomine ad te scriberem: a me²²⁶ quod attinet scias volo animum me gerere ad omnia officia erga Amplitudinem tuam paratissimum.

13.

Izvješće Ivana Krstitelja Ježića 1802. godine

1. Opis izvješća

Ovo je izvješće mnogo kraće od prvoga. Nalazi se na ff. 227r-228v, dimenzija 38 x 22,5 cm. Rukopis je isti kao i u prethodnoj relaciji. Primjedbe kongregacijina savjetnika dulje su nego sama relacija (ff. 230r-232v). Na temelju tih primjedbi satavljen je odgovor Kongregacije s nadnevkom 5. veljače 1805. (ff. 233r-236r). Relaciju je dostavio po svom opunomoćeniku Nikoli Bononiju, tajnom papinom kapelanu, ali nema-mo podataka kad je ovaj posjetio bazilike Sv. Petra i Pavla.

2. Sadržaj izvješća

Biskup je završio drugu i započeo treću vizitaciju.

U novooslobođenim krajevima podignute su četiri nove župe (Drežnik, Vaganac, Borićevac i Zavalje), a u nekim prijašnjim župama sagrađene su nove crkve. Obnovljeno je i prikladnije uređeno svetište Senjske katedrale. Senjski kaptol svakog dana

²²⁶ Tajnik Kongregacije Giulio Gabrielli, jer je kardinal prefekt Kongregacije Tommaso Antici podnio ostavku.

moli čitavi časoslov. Što se tiče dokinutih blagdana, dušobrižnici drže da je odredbom Sv. Penitencijarije iz 1795. dokinuta i obveza mise za narod u te dane. Ubuduće se neće trpjeti da netko na osnovi patrimonija uvjetuje pastoralnu službu uz određeno mjesto. Za dolično uzdržavanje postoji sada i Religijski fond, a osnovat će se i dom nemoćnih svećenika.

Od devet zbornih kaptola ostala su još četiri, a i njihova je sudbina neizvjesna. Ako budu dokinuti rješava se već time pitanje konventualne mise i njihove obveze na svagdanje moljenje časoslova u koru. Oni sada svakim danom pjevaju konventualnu misu, a časoslov nisu redovito nikada molili u koru nego samo određene časove o pojedinim blagdanima.

Odgovarajući na postavljeno pitanje o obvezi mise za narod, Kongregacija odgovara da su župnici dužni onoliko puta misiti za narod koliko puta je narod dužan doći na misu. Opet upozorava biskupa na potrebu teološke i pokorničarske nadarbine. Reducirane mise ne smiju se vezati uz konventualnu misu, koja je uvijek za dobročinitelje. Potrebno je odrediti status zbornih kaptola.

3. Izvjeshće

(f. 227r) Eminentissimi et Reverendissimi Patres!

Exacta jam altera dioecesium Segniensis et Modrussiensis, sollicitudini meae creditarum, canonica visitatione²²⁷, tertia vero, utut ob gravem aegritudinem, subin longiorem valetudinis curam interrupta, potiori ex parte terminata, demissam meam super secunda et tertia canonica visitatione praedictis relationem, meaeque villicationis rationem Eminentis Vestris hisce substerno, ac per procuratorem Dominum Nicolaum Bononi, Suae Sanctitatis capellanum secretum, qui pro me quoque sacrosancta apostolorum venerabitur limina, humillime subjicio.

Rem itaque a materiali statu earumdem Ecclesiarum auspicaturus, praeter id quod in plaga illa Croatiae, quae post novissimum bellum Turcicum Monarchiae Austriacae accesserat, quatuor parochiae erectae sint²²⁸, ac in nonnullis antiquis parochiis ecclesiae noviter exaedificatae, in quibusdam vero apprime reparatae haberentur, quodve sacrarium cathedralis ecclesiae Segni-

²²⁷ Ježić 4. svibnja 1796. Najavljuje da će poslije Tijelova vizitirati stolnu crkvu (KAS, IV., 15); 18. prosinca 1797. Odredbe o katehizaciji u senjskoj katedrali (K IV., 34); 29. svibnja 1798. Najavljuje vizitaciju transkapelskog dekanata, počevši od Brinja (BAS, B XII., 5); 24. travnja 1799. Najavljuje II. kanonsku vizitaciju ličko-krbavskog okružja (BAS, B XII., 14); 1799. Zapisnik II. kanaonske vizitacije (BAS, B XII., 22); negdje iz tog vremena jest i izvješće o župama Ogulinske pukovnije (B XII., 26) i stališ duša i vjersko stanje župe Slunj (BAS, B XII., 23).

²²⁸ Mirom u Svištovu 1790. Hrvatskoj je pripao drežnički (Ličko Petrovo Selo) i lapački kraj, gdje su osnovane župe Drežnik, Vaganac, Zavalje i Boričevac.

ensis et refectum et ad commodum, signanter hyberno tempore usum reductum fuerit, pristinae relationi meae aquiesco.

Porro mox fatae ecclesiae capitulum, servata quotidie missae conventualis lege, statim atque super obligatione horarum canonicarum, ex integro in choro singulis diebus persolvendarum, oraculum Eminentiarum Vestrarum de die 15 Martii 1797. ex me intellexisset, easdem ad benignam mentem recitare coepit, fideliterque pensum isthoc praestare pergit.

Onus missae parochialis diebus festis per Sedem Apostolicam sublatis pro populo applicandae animarum curatores sibi inhaerere haud reputant, et quidem in vim oraculi sanctae memoriae Pii VI. per organum Sacrae Poenitentiariae Apostolicae sub die 23. Decembris 1795. emanati, et nonnisi diebus dominicis et festis, quorum feriatio in vigore permansit, incruenta pro populo offerunt (f. 227v) sacrificia. Verum quidem est, Eminentias Vestras in benignis responsis ad primam Ecclesiarum mearum relationem sub 15. Martii 1797. datis decrevisse, onus applicandi missam pro populo diebus festis sublatae solemnisi feriationis omnes animarum curatores urgere; ast, cum clerus curatus citatam Sacrae Poenitentiariae resolutionem perspectam haberet, ea utique insedit eorum menti opinio, quod nempe diebus solemnisi feriatione destitutis ab applicatione missae pro populo immunes audiant. Eo autem praeviso, illos, siquidem praelibati Eminentiarum Vestrarum decreti executionem (!) adursissem, in obversum ituros, ab omni compulsivo medio supersedendum mihi esse, arbitrabar, opinorque humillime, ad praecavenda tot conscientiarum discrimina, quaestionatam applicationem, stante crebrofato S. Poenitentiariae rescripto adurgendam non esse. Interea Eminentiarum Vestrarum in eo sensu praestolabor.

Fatis, quibus dictamine primae relationis meae ad maiores ordines promotorum hucdum subjiciebantur patrimonialia etiam obviatum est, et imposteriorum amplius opitulabitur; quippe illi duntaxat sacris initiantur ordinibus, qui suscepto sacerdotio actutum animarum curae admoveri valent; et in casu ad eandem curam inhabilitatis de congrua subsistentia ex Fundo religionis in praesens providentur; ampliorem in Domo deficientium sacerdotum regio jussu proximius instituenda accepturi.

Dioecesanum clericorum Seminarium cum Philosophico ac Theologico studio, pro quo toto episcopatus mei, trium nempe lustrorum tempore contendebam sollicitate, Sua Majestate Sanctissima Rege nostro apostolico pro immortalitate, quo in religionis incrementa fertur, zelo, ita jubente, etiam exigetur; proindenque necessitatem theologalis in Cathedrali capitulo (f. 228r) praebendae, cui tenuitas capitularium proventuum in praesens etiam adversatur, nul-

lam adesse opinor; quemadmodum etiam Poenitentiariae praebendae, cum capitulum curatum sit, et unus de canonicorum gremio parochialia onera sustineat.

Quod attinet novem capitula collegiata²²⁹ dioecesis meae Modrussiensis: horum quinque ob cleri defectum, praebendarumque exilitatem jam extincta habentur, ac proinde quatuor duntaxat actu existunt. In hisce capitulis curae animarum ergo atque exiguum canonicorum respective numerum nullo umquam tempore quotidiana obtinebat psalmodia, quamvis diebus sabbati et pervigiliis festorum vesperae, dominicis vero festisque diebus horae diurnae cum vesperis accurate persolvantur, missaque conventualis diebus singulis amussim decantetur.

Illud interea devote exponendum habeo, quod occasione a me factae in praecattactis capitulis missarum reductionis, vigore facultatis a Sanctissimo Domino Nostro Pio VII. obtentae, conventuali missae intentionem reductarum missarum adjungendam esse sanciverim, ob oeconomicas vero curas, unde dicti capitulares beneficiorum suorum potissimum trahunt emolumenta, indulserim ut conventualis missa mensibus Septembri et Octobri sine cantu persolvatur. Quodsi autem hucdum existentium collegiatarum, quarum etiam nutare videtur, subsistentia, eadem stabilis evaserit, et tollerandus interea officii divini in choro cessabit defectus, et conventualis missa ad canonicum praescriptum redigetur.

Dum haec pro pastoralis sollicitudinis meae exigentia, ac in Apostolicam Sedem fideli (f. 228v) observantia, Eminentiarum Vestrarum summae discussioni ac providentiae subjicio, omnem precatus felicitatem, profunda cum veneratione, demissoque sacrarum purpurarum osculo perenno.

Eminentiarum Vestrarum

Segniae 12. Decembris 1802.

Humillimus, Obsequentissimus Servus Joannes Baptista
Episcopus Segniensis et Modrussiensis seu Corbaviensis

²²⁹ Ima ih osam u Vinodolu: Novi, Bribir, Grižane, Belgrad, Drivenik, Hreljin, Bakar i Grobnik, a sada je uključena i Rijeka. Dokinuti su u Grižanama, Belgradu, Driveniku, Hreljinu i Grobniku. U Bribiru, Novom i Bakru, te u Rijeci i dalje će ostati.

4. Odgovor Kongregacije

Odgovor Kongregacije na izvješće nosi nadnevak 5. veljače 1805. (BAS, fasc. XIV, 21, pp. 1-4²³⁰; *Libri visitationum SS. LL*, Nr. 37/I., f. 27r-31r.; *Relationes*, kut. 734. ff. 233r-236r).

(f. 1) Joanni Baptistae Episcopo Segniensi et Modrussiensi

Reverendissime Domine uti Frater. Quemadmodum prima relatio status istarum Ecclesiarum ab Amplitudine Tua ad Apostolicam Petri cathedram transmissa, vehementer olim Sacrae Congregationi Tridentini juris interpreti probata fuit, ita nunc altera novissime de eodem argumento remissa Eminen-tissimos Patres summo gaudio affecit, cum ex ea constantem tuam observan-tiam erga Ecclesiam Romanam, omnium aliarum matrem et magistram, accensumque studium salutari vitae pabulo gregem tuum pascendi apertissi-me collegerint. Itaque perhonorificis verbis te commendandum censuerunt, quod una itemque altera perlustratione istarum dioecesium, quae sane difficil-lima est, jam exacta tertiam pari animi ardore atque incredibili solitudine jam prope ad finem perduxeris, atque absolvisse plane, nisi diuturnus, quo conflictatus es, morbus, moram injecisset. Faxit Deus ut ea tibi optima valedudo contingat, quae ad pascendum gregem verbo et exemplo, ut hactenus fe-cisti, utillima reputatur.

Quod iterum ad Sacram Congregationem scribis de quaestione illa, an pa-rochi diebus festis per Sedem Apostolicam sublatis, teneantur missam cele-brare pro populo, tenet quidem Sacra haec Congregatio eandem doctrinam, quam ex Sacrae Poenitentiariae responsis, et ex Constitutione Benedicti XIV "*Cum semper oblatas*" parochi isti allegant, scilicet quod *toties parochi tenentur ap-plicare pro populo, quoties populus tenetur missam audire*. Verum cum festi nonnulli dies auctoritate Sedis Apostolicae aliquando ita sublatis fuerint ut (f. 2) prae-ceptum audiendi sacrum remanserit, aliquando vero adjecta conditione, ut eti-am eo sublato praecepto, quod attinet ad functiones ecclesiasticas et onera ecclesiasticorum nihil innovaretur, hinc, ut omnis dubitatio procul tollatur, persuadebis parochis tuis ut preces seorsim Sacrae huic Congregationi ex-hibeant, simulque producant authenticum exemplar indulti Apostolici de festo-rum dispensatione, tum exemplar responsi Sacrae Poenitentiariae et supplicis libelli, quem eidem tribunali ex ipso responso oblatum esse constat. Abstinet ideo Sacra Congregatio ab expetita controversiae definitione, quam libenter praestabit, ut primum ea documenta ad examen revocaverit.

²³⁰ Budući da je ovo original, paginaciju sam uskladio s njime. Ostala dva primjerka pisma razlikuju se samo u kraticama.

Inter caetera, quae provide ac sapienter constituisti, illud singulari laude dignum visum est, quod sacris initiari eos tantum curas, qui vel congruo patrimonio gaudent, vel suscepto sacerdotio etiam munus parochi, si opus fuerit, confestim exercere valeant, idque ne irreptus diutius vigeret abusus inter tuos subditos suscipiendi ordines cum fictio patrimonio, quorum si quos scias ita promotos monendos curabis, ut consulant conscientiae suae. Nec alii de caetero arcendi videntur a sacris ordinibus, qui requisitis omnibus praediti Sacri Concilii Tridentini, titulo beneficii sufficientis redditus juxta taxam dioecesanam, licet non parochialis promoveri petunt; cum dubitandum non sit, quin plures minus idonei regendae animarum curae, utiles sanctuarii ministri futuri sint in aliis pluribus ecclesiasticis muneribus.

De praebendis poenitentiarum (f. 3) et theologali ita statuas oportet, quamdiu eae non sint constitutae, aliqua quidem compensatione esse utendum: sed in primis nitendum est, ut et eo ordine stabiliantur in tua cathedrali, quo jus Tridentinum praescribit, et si alia ratio desit ex aliis praebendis primo vacaturis erigantur. Tui etiam muneris erit, ut missa conventualis, quam in quatuor ecclesiis collegiatis, quae adhuc tibi restant sine cantu mensibus Septembris et Octobris peragi ob oeconomicas curas indulxisti, ad praescriptum canonum iterum redigatur, siquidem nulla canonica subest causa cur cantus praetermitti, et Ecclesiae disciplina subverti debeat, ut chorales citius a servitio Ecclesiae emancipati domesticis curis interesse queant.

Quod facultate reducendi onera missarum Tibi a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa VII. concessa usus fueris. id ita a te factum Sacra Congregatio intelligit, ut missas ad minorem numerum redegeris, non ut eas omnino abstuleris. In hac autem missarum reductione intentio missarum reductarum non est adjungenda conventuali missae, ut ipse existimas; nam missa conventualis *pro benefactoribus in genere* applicari debet ex celebratissima constitutione Benedicti XIV. "*Cum semper oblatas*". Missae vero quae vi reductionis omittuntur supplentur tum ex thesauro Ecclesiae, tum ex aliis missis singularum fundationum, quae licet in minori numero post reductionem etiam celebrandae sunt et applicandae pro iis ipsis quibus ampliora prius debebantur suffragia.

(f. 4) Demum Eminentissimi Patres Amplitudinem Tuam vehementer hortantur, ut ita firmum ac constantem reddas collegiarum istarum statum, ut divinum officium integrum et debito ordine quotidie persolvatur, atque ad canonum probatorumque conciliorum regulas omnia procedant.

Haec habebam, quae Sacrae Congregationis nomine rescriberem, quod reliquum est meam omnem operam, curam ac diligentiam sponte ac lubens Amplitudini Tuae polliceor. Cui interim fausta omnia precor a Domino.

Romae 5. Februarii 1805.

Amplitudini Tuae

Philippus Cardinalis Carandini Mp

14.

Izvjeshće Ivana Krstitelja Ježića 1814. godine

1. Opis izvješća

Relacija je na ff. 254r-256r. To su zapravo dva lista dimenzija 39,8 x 25 cm, uz koji je privezan treći list istih dimenzija. Relacija je neoštećena i čitka. Tu je i sažetak Ježićeve relacije, koji je sastavio savjetnik u Kongregaciji (ff. 248r-251v), te skica (*minuta*) od 29. veljače 1816. za odgovor Ježiću na relaciju (ff. 244r-247r), a potom imamo isti odgovor napisan učisto (ff. 252r -253r). Opunomoćenik je i ovaj put Nikola Bononi, koji je 15. prosinca 1814. posjetio obje bazilike (ff. 242r, 243r). Relacijom i posjetom po opunomoćeniku Ježić zadovoljava za prošlo 76. i tekuće 77. trogodište (ff. 238r, 256v).

2. Sadržaj izvješća

Ježić se ispričava što zbog prevrata u Europi i papina sužanjstva nije bio u stanju izvješće poslati ranije. Područje Otočke i Ličke pukovnije vizitirao je 1804, 1807. i 1810. Vinodol s Rijekom, a 1808. gorskokotarski (Trans-Albinum) i prekokapelski distrikt. Svećenici su svugdje revni, a narod je u osnovama vjere dobro poučen. Svud je krizmao djecu, a u Rijeci neke i iz graničnih područja susjedne Tršćanske biskupije.

U Otočkoj pukovniji u 28 župa ima 28.375 katolika te 5.373 s njima pomiješanih pravoslavaca (grčko nesjedinjenih). Osim Senjske katedrale, sve su druge crkve u prilično lošem stanju. Narod je siromašan pa ne može sebi obnoviti crkve, ali se očekuje careva pomoć.

U lošem su stanju i crkve u Ličkoj pukovniji, osim crkava u Gospiću, G. Pazarištu, Bužimu i Karlobagu. Novoosnovane župe u Šugarju, Ledeniku, Zrmanji i Boričevcu još nemaju crkve. Župni su stanovi maleni. U 31 župi ima 25.621 katolik, a s katolicima pomiješanih pravoslavaca ima 12.285.

U vinodolskom okrugu i Rijeci crkve su lijepo građene i dobro opskrbljene. Kler stolnog kaptola modruškoga, koji se sastoji od tri zborna, novljanskog, bibrirskog i bakarskog, uz kanoničke dužnosti skrbi i za devet tisuća vjernika. Cijeli okrug s Rijekom ima 22 župne i 34 filijalne crkve; katolika je ukupno 35.446, a nekatolika 164. Župnici većinom stanuju u svojim kućama. Župni prihodi nalaze se u fondovima i kapitalu, a to nije dovoljno.